



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

Handschriftliche Notizen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

Porro Lutprahoff, cuius simul cum Ingolstadio
in Caroli Magni Testamento mentio fit, est Superioris
seu Boici Palatinatus locus ille, quem hodie Laitt,
tex Soffen appellant. At uero nec Ingolstadio
nec Eystadio Aureati nomen competere, plane
recusatum habeo; quia nec in Hodoeporico S. Willi,
baldi, nec in Historia S. Wunibaldi, nec in S. Bonifacii
ita, tam ea, quae scripta est ab Othlono, quam ea
quae est à S. Willibaldo, Eychstadium aliter, quam
Eychstadium nominatur; nec Aureati nomen
aspiciam apparet; & tamen probabile est, scriptores
istos primaeuæ originis Eystadiana synchronos Aureati
nomen haud silentio suo suppressuros fuisse. Marcant
ergo hoc nomen & nominis gloria Kasenselsio
Fuit olim ab Henrico Comite Palatino Rheni
& Duce Bauariae Ingolstadium oppugnatum
Comitibus à Spanheim, ut patet ex Diplomate Henrici
scripto Anno Redemptoris M C X C VII, quod apud
Originum Palatarum scriptorem inuenies: Villas quasdam
Ingelstad, & Hedereshem etc. impignorauimus. Fit
etiam mentio Ingolstadij in Diplomate Ludouici Boidum

Regis

Regis apud Hundium & Geroldum in Metropoli Salisbur-
gensis, ubi de monasterio Altaes, seu Altaris agitur.
Rex enim Judovicus ~~Gottwald~~ Gottwaldo Abbati
Nideralteichen quasdam res proprietatis suae, quae sunt
in villa, quae vocatur Ingolstat, et quas praefatus vir ha-
bitus in beneficium habuit, ei deinceps ad proprium per
regiae largitionis munificentiam concedit. quae postea
speciatim in Diplomate enumerantur; ex quarum
numero sunt Ecclesiae duae, curtis Dominicata, ubi
pariter dux Leuxer Loff, cum aedificijs desuper ja-
ctis, cum pertinentijs, agris & pratis, et cum XXII
Huobis ad curtim seu praedium illud pertinentibus.
Vide loco cit. ipsum Diploma, quod Hundius refert
ad annum Saluatoris 843.

In quodam manuscripto codice reperi Eandem
epistolam de Pecimis ~~Loff~~ agri Ingolstadiensis
S. Mauricio pendendis.

Venerabilis

Venerabili in Christo Patri & Præ. P. Ab.
bati Monasterij monachorum, Altmannus O.S.B.
gratia Abbas in Inferiori Altra, Ordinis S. Bene-
dicti, Patauiensis Diocesis: Complacendum
orationibus uoluntatem.

ii. p. 111. 174

Omnes & singula decime Ecclesie Parochialis in
Ingolstat, cuius Ius patronatus nobis competit, indiffe-
ter, & sine exceptione qualibet, ad nos pertinent,
& sunt nostra; sicut uideri et probari potest in - &
in privilegiorum nostrorum continentia, & tenore.
Verum quia quasdam decimas indiuisas de quadam ~~curia~~ ~~curte~~
ibidem, nos accepisse percepimus, nobis iniuriam non
inducam fieri recensemus. Ea propter uestra plu-
rimam reuerentia supplicamus, quatenus aut dictas
nostras decimas non amplius occupetis; aut quo iure
accepistis doceatis. Alioquin nos oportet consilium
Iuris super his requirere, & quamuis illibenter contra
uos iustitia mediante procedere. Datum in Inferiori
Altra Anno Domini M. XCVI. in crastino Iuue
Virginis.

